



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 499. Symmachi Pap. Annus 1. Anastasii Imp. 9.
Theodorici Reg. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

a Apud Cal. lib. 2. Epist. 40.

CX.

b Greg. Turon. de Gestis Franch. lib. 2. c. 31. CLODOVEUS ET FRANCHI CONVEXSI AD FIDEM.

XXI. CLODOVEUS RAPTIZATUR.

XXII.

c Apud Strabonem lib. 6. Fels. S. Vedastus et alii. MVS CLODOVEI CAESARIS.

iple Theodoricus à Boëthio Patricio viro cum alijs facultatibus, cum musica scientia discretissimo deligendum, scripta ad eum epistola, in mandatis dederat. Qui autem à tanta clade superfuissent Alamanni, haud in Germaniam reuersi sunt, sed à Theodorico Rege in Italiam vocati, vt patet ex Ennodio, qui hæc habet in Panegyrico: Quid, quod ad te Alemanni generalis intra Italia terminos sine detrimento Romana possessione inclusa est: cunctis habere Regem, postquam mernit perdidisse. Fada Latialis custos imperij semper nostrorum populatione, grassata, cui feliciter cessit fugisse patriam suam, &c. Sed ad Clodoueam reuocetur oratio.

His itaque de Alamannico bello feliciter confecto gratias, iam que sunt reliqua de eiusdem Clodouei Christianitate dicamus. Subdit autem ista Gregorius: Tunc Regina accessit clam sanctum Remigium Rhemensis vrbis Episcopum, vt deprecari, vt Regi verbum salutis insinueret. Quem sacerdos accessit secretis cepit instigare, vt Deum verum factorem celi & terre crederet, idola negaret, que neque sibi, neque alijs professe possent. At ille ait: Exenter te, sanctissime Pater, audiam: sed recitat vnum, quod populus, qui me sequitur, non patitur relinquere deos suos. Sed vado & loquor tu in ea verbum tuum. Conueniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, precurrens potentia Dei, omnis populus pariter exclamauit: Mortales deos abijcimus, pie Rex: & Deum, quem Remigius predicat immortalem, sequi parati sumus. Nunciatur hac Antistiti: qui gaudio magno repletus in istis lauacrum preparari. Vbi depictis adumbrantur plateæ Ecclesie, cortinis albenibus adornantur, baptisterium componitur, balsama diffunduntur; micant fragrantem odore cereis, totumq; templum baptisterij diuino respersum ab odore, talem que ibi gratiam asstantibus Deus tribuit, vt asstiment se paradisi ortibus collocari.

Rex ergo prior, posuit se à Pontifice baptizari. Procedit nouus Constantinus ad lauacrum, deleturum lepra ceteros morbum, fordescentis, maculis gestorum antiquorum recentis latice deleturum. Cui ingresso ad baptismum, Sanctus Dei sic inquit ore sacundo: Mitte depone colla Sicanber: Altra quod incendisti, idcirco quod adorasti. Erat enim sanctus Remigius Episcopus egregie scientie, & rhetorice apprime imbutus studio, sed & sanctitate ita praclarus, vt Siluestri virtutibus æquaretur. Est enim nunc liber Vite eius, qui cum narrat mortuum suscipisse. Igitur Rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus, baptizatus est in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, de. Huiusq; sacro christinam cum signaculo Crucis Christi. De exercitu vero eius baptizati sunt amplius, quam tria milia. Baptizatus est & soror eius Ableseda, qua non post multum tempus migravit ad Dominum: pro qua cum Rex contristaretur, S. Remigius consolatoriam misit epistolam, qua hoc modò sompsit exordium: Arguit me & satis arguit vestra causa tristitia, quod bona memoria germana vestra transiit Ableseda: sed de hac re consolari possumus, quia talis de hoc mundo migravit, vt suscipi magis debeat, quam lugeri. Conuersa est enim & alia soror eius Lamibildis: h. m. n. que in haresem Ariarorum lapsa fuerat: qua confessa equaliter Filium Petri & Spiritum sanctum, christinam. Et ceteris ipse de coeuctione Franchorum.

His igitur à Gregorio de Clodouei & Franchorum baptismum narratis, iungenda sunt, que de sancto Vedasto Episcopo Anebatensi Albinus Flaccus sanctissimi viri religas profectus rececit his verbis: post relatam victoriam de Alamannis feliciter consecutam: Hac inquit accepit victoria, de qua ante diximus, Regi, populoq; suo causa fuit salutis aeterna. & ne lucerna (sanctus Vedastus videlicet) sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel predicationibus in domo Dei lucens, ab errore idololatricæ & caliginis ignorantia in viam plurimò educeret veritatis. Igitur superatus hostibus, & rebus in pace compositis, & Alamannis sua subiectis nationis, Rex orans cum laudæ triumpho ad patriam redegit. Et vt fideli tanta sibi gloria largiori sponsor appareret, festinavit feruorem Christi sacra imbui predicatione, & sancti baptismi abluere sacramentis. Venit autem ad Tullam oppidum, vbi sanctum agnouit Vedastum laudabili religione soli Deo seruire, & dulcissimos contemplatiua vite, carere fructus. Hunc verò ad sanctum Remigium Christi carissimum sacerdotem ad Rheorum properans civitatem sibi socium assumpsit, quare cuius per singula

itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: vt paratus fide & virtutum scientia, à tanto Pontifice (Remigio scilicet) spiritali ablueretur lauacro, & ab illo domus celestis confirmaretur, quod ab ipso diuina prius proueniens gratia, Euangelicis capram fuerat pradiationibus.

Hic ad fontem vite festinantem deducebat Regem: ille in fonte salutis aeternæ venientem abluibat: ambo propemodum pari pietate patres, hic doctrinâ fidei, ille baptismatis vnda. Vique aeterni Regi Regni temporalem munus obstruunt acceptabile. Ille sanctus dicitur oliva, & dno candelabra. Lucentia; à quibus Rex profectus in via Dei eruditus, miser ante Deo, portam aeternæ lucis ingressus cum fortissima gente Franchorum credidit Christo, & facta est gens sancta, populus acquisitiuus, vt annunciantur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Sacra igitur Euangelicæ auctoritatis narrat à hystoria, Dominum Iesum Iericho pergentem, ad confirmanda fide sua manifestati corda populi presentis, cuidam caeco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, vt per corporale vnius caeci lumen spiritaliter multorum illuminaretur peccata. Ita & sanctus Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam illuminationem caeci, fidelem, quam verbo pradiant, in corde Regis miraculo confirmavit: vt Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium caecis lumen, quam caeco oculorum illuminationem: & quod diuina operata est gratia per preces famuli sui in caeco caeci nocte castigatis, hoc per seruos eiusdem famuli, eadem opera, ante potentia, per spiritum alius intelligentiam lucis in suo peccatore persicere.

Nam regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maxima populi, iter agentibus illis, venerunt in quendam pagum, qui incolarum terra illius consuetudine vngise pagus dicitur, prope Reguliacam villam, qua sita est super strigeras Arona fluminis ripas: Et ecce iudicum fontem Rege transeunte cum multitudine populi, obuiauit illi caecus quidam, hucus diutissime solatus expers luminis, sorte nec sua caecatus culpa, sed vt manifestaretur opera Dei in illo. & per illius illuminationem presentem clariorum illuminaretur corda spiritualiter. Qui cum intellexisset a precereantibus, sanctum Vedastum Christi, seruum in eodem iter agere comitatu, clamauit: Sancte & electe Deo Vedaste, miserere mei, & super nam pio peccatore diligentiis deprecare poterimus, vt mihi subueniat miseria. Non aurum posco, nec argentum, sed vt mihi lumen per sanctitatis tuae preces restitatur oculorum. Sensit atq; Rex Dei virtutem sibi adeo super nam: non ob illius caeci tantummodo curationem, sed propter presentis populi salutem totum se in sacras effudit preces, in diuina fidei pietate: & dexteram cum signo Crucis posuit super oculos caeci, dicens: Dominus Iesus, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos caeci ad te clamantis, aperi oculos istum: vt intelligat populum iste presens, quia tu es Deus solus faciens mirabilia in celo & in terra. Mox ille caecus, lumine recepto, eudens perrexit viam suam. In quo loco, tempore sequenti, à religiosis viris edificata est Ecclesia in testimonium miraculi istius: in qua orantibus & credentibus vsq; hodie beneficia prestatur diuina.

Igitur Rex à viro Dei Euangelicis apprime imbutus disciplinis, & hoc presenti miraculo in fide firmiter confortatus, nihil mortuos in via nihil dubitans in fide, sed magnâ alacritate animi, magnâ festinatione mentis sanctissimum Pontificem Remigium videre properauit, vt illius sacratissimo ministerio, Spiritu Sancto operante, in remissionem peccatorum & spem vite aeternæ Catholicis baptismatis vno ablueretur fonte. Cum quo aliquantulum moratus est diebus, vt Ecclesiasticis satisfaceret sanctissimis, & penitentia (secundum Apostolicam preceptum) prius ablueretur lacrymis, dicente beato Petro à principe Apostolorum: Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi: & in nomine sanctæ Trinitatis celestis mysterij baptismata suscipere. Sciens vero beatus Pontifex, Apostolum dicere Paulum: Omnia vestra honesto cum ordine sunt: statim diem, quo Rex miraretur ad suscipienda diuine pietatis sacramenta. Quale fuit tunc sancti Dei gradum, qualis in Ecclesia Christi letitia, cum viderent Regem Numus ad predicationem Iona de pho manifestatis suis descendisse, & in cinere sedisse penitentia, & sub pia Deo sacerdotis decetera sue excellentia caput humilitate: hæc enim de his, que sacrum præcessere baptismum, Albinus. Laborasse etiam & quidè impigre sanctum Solem nem Episcopum Carutensem in conuersione Franchorum, auctor est Sigebertus.

Verum

XXIII.

Zach. 4.

1. Pet. 13.

1. Cor. 13.

XXIV.

1. Cor. 13. NATV. CORAM CLODOVEO.

XXVIII.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

XXVI. Verum pte ceteris S. Remigio conuersionis eius populi atq; Regis esse gloria tributa videtur, ipseque Franchorum appellatus est Apostolus. Nam & Hormisdas Romanus Antistes in literis postea ad eundem sanctum Remigium, cum eidem creditur vices suas, datis, quo hactenus extant, hac habet: *Vices nostras per omne regnum dilecti & spirituali filij nostri Ludouici, quem nuper, administrante superna gratia, plurimè & Apostolorum temporibus equiparando signorum miraculo predicationem salutis ipsam conuersionis, cum gente integra conuertisti, & sacri dono baptismi consecrasti, &c. huc Romanus Pontifex. Sed & ipse Sanctus Remigium in testamento suo (vt dicitur) affirmat, diuino munere factum, vt ad conuersionem Franchorum plura signa faceret.*

XXVII. Quod verò de miraculis plurimis Apostolicis temporibus equiparandis tradit Hormisdas editis ab eodem sancto Remigio, quibus Clodoueus & vniuersa gens Franchorum Christianam fidem fuit amplexata, hæc summatim in rebus gestis sancti Remigij scripta leguntur. *Videntes, Franchi scilicet idololatras, miracula que fiebant per beatum Remigium, reuertebantur eum, & licet Pagani, diligebant eum, in quo luce celestis gratia omnibus resplendebat, & Rex illorum libenter illum audiebat, & audito ea multi susceperat, & multi conuertiti se conuertebat. Erat enim S. Remigius vir sapiens atq; sanctissimus, egregius rhetoricus, præclarus in virtutibus, cæcis visum restituens, mortuis vitam reparans, demonia eiciens, omniumq; infirmitatum languoribus medicam præbens, & inferus de miraculo, quod diuinitus editum est ante baptismum, hæc habet auctor Hincmarus.*

XXVIII. *Cum illi tres, Pontifex scilicet, & Rex atq; Regina, discessissent sedibus consediissent, circumstantibus quibusdam clericis, qui cum Pontifice venerant, & familiaribus Regi atq; Reginae, sanctus Pontifex Regem monuit ut inueneret salutarios, ac Evangelicis discipulis inueneret: ad confirmandam vera fidei prælium inuenire per sanctum deprauiam Pontificem: etiam visibiliter ostendere Dominus voluit, quod cum illis Fidelibus promissum: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Repente, namq; lux copiosa totam repluit Ecclesiam, vt claritatem Sole emineret; & cum luce vox pariter audita: Pax vobis: ego sum: nolite timere: manete in dilectione mea. Et post hæc verba lux, que aduenerat, recepit, & incredibilis iuauitatis odor in eadem domo remansit: vt patenter ostenderetur, illum auctorem lucis & pacis atq; sanuitatis venisse; quem nemo eorum, qui aderant, præter Episcopum, propter fulgorem luminis fulgore percussu intueri valuerunt: tantaque claritate gloria Pontificem sanctum persudit, vt splendor ex eo procedens, plus conspicuum donum, in qua sedebant, reddiderit, quam lucernarum lumina ibidem lucentia. Rex autem & Regina pelibus sancti se prostrauerunt sacerdoti, & cum magno pauore & gemitu consolationem eum requarunt; & quid sibi ad vilitatem atque salutem pertinet esset agendum, cum magna experientia deuotione, parati audire & opere complere, que à sancto Pontifice dicerent. hæc secuta sunt sancti Remigij exhortatio & alia, que baptismum præcedere solent.*

XXIX. Quid rursum factum sit, Apostolorum temporibus (vt verbis viar Hormisdæ) dignum miraculum, illud plane ingens recolitur tum ab Anonio, tum etiam ab Hincmaro eiusdem Rhemensis ciuitatis Episcopo, nempe ampullam chrisimatis columbe ore cælestis aduenientis allatam esse, qua tum fons ipse more solito, tum etiam Rex Clodoueus facturus est, cuius exemplo & reliqui omnes successores Franchorum Reges confluuerunt inungi. His tam ingentibus signis plane innotescere fecit Deus, quanta molis esset, vt Reges Franchorum cum populo suo Christianæ religioni adnecterentur.

Baptizatus autem Rex (subdit Hincmarus) cum gente integra plurimas possessiones per diuersas prouincias sancto Remigio tam ipse, quam Franchi potentes dederunt: quas ipse per diuersas Ecclesias tradidit, ne Franchi eum rebus temporalium cupidum esse, & ob id ad Christianitatem eos vocasse putarent, & fidem Christi ac sacerdotum vilipenderent. hæc ille. Memit ipse Remigius & de bonis datis ab eo ante baptismum (vt patet ex eius testamento) atque de alijs postea impertitis, quamobrem iucundius erit hæc haurire ab ipso fonte: ex

quo etiam illud accipitur memoriâ dignum, nempe ipsum Regem Clodouicum mox factum Christianum, cuncta, que fuerant belli tempore Ecclesijs ablata, restituit voluisse, addidisseque ipsidem alia magni pretij bona. Sed cum primùm mentionem habeat de bonis donatis Ecclesie in gratiam sanctæ Genouefæ sanctissimæ virginis Parisiensis, de qua plura sunt dicta superius, hic recentiamus, que auctor Vita eius, qui hoc ipso vixit tempore, de eodem Clodoueo Ecclesiam engente ait his verbis:

Gloriosa memoria Clodouicus Rex, qui ob eius amorem, in carcerem reclusus super veniens dedit, & ob diuersa crimina animaduersione dignissimè capite plandens, in ipso prope carnis exitu, supplicante pro eu Genouefa, ab soluerat, baptismum mirabili opere exstremam susceperat sancta virginis adhortationibus permotus: que postea, illo e rebus humanis excedente, studio illustrissima Clotildis Regina coniugij eius mirifice adscitata & exornatè in sublimem erexit fastigium triplici porticu insignita. Superstes fuit hæc admiranda virgo diuina, vt potè quam idem auctor propagasse vitam dicat ultra octoginta annos. Sed & quibus donis, quo sedulo studio, quantaq; reuerentiâ & officijs eam frequenter uisit Clodoueus, præter illa, que dicta sūt, accipere ab ipso Remigio, cuius hæc ipsa sunt verba in testamento descripta, quod apud Brissonium quam fidelissimè editum inuenies:

Crusianicum verò & Farum, sive villas, quas sanctissima virgo Christi Genouefa à Rege Christianissimo Ludouico pro compendio itineris sui, cum Rhemensem Ecclesiam sapissime visitare solet, ad ipsi promeruit, alimonijq; ibidem Dao famularum deputauit: sicut ab ea ordinatum est, ita confirmo, vt Crusianicus futuri Episcopi successoris mei obsequijs & sartuiculis principatus Ecclesie deputetur: Farum verò eidem Episcopo & sartuiculis Ecclesie, vbi iacero, perpetuo seruire iubeo, Rusiam verò Gentilis ad huc diem Clodoueus complura contulit dona sancto Remigio, quæ ille (vt dictum est) ne officium poneret Euangelio, omnia erogauit in pauperes, ipse continens nihil, corsus ex eis accipiens. Quanta autem eidem sanctissimo sacerdoti Remigio pro rerum temporalium contemptu Deus rependerit ipsum hæc profiteantem, in eodem q; testamento mox illa subdentem attende, que & superius memorauimus:

Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide & conuocatione Franchorum potissimum me laborare cogouit, & dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius, virtusq; diuina per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem profatus: peris Franchorum operari fecit: vt non solum ablata omnibus Ecclesijs regni Franchorum restitueret, sed etiam de propria gratitudine bonitate plurimas ditaret Ecclesias. Neq; prius de regno eius quantum passus est pedis Ecclesie Rhemorum iungere voluit, donec ve hoc omnibus Ecclesijs adimpleret, obtinui. Sed neque post eius baptismum, nisi Condiacum & Italicum, super quibus idem dictum patet & vnanimis mihi Alodoualdus & incolatores illius multiplicibus rebus obnoxie deprecantes, quod Regi debebant, Ecclesia mea soluentium, me petere compulerunt: quod idem postquam Rex & gratulante accipiens, promptissima voluntate largitus est. Addit & de alijs bonis in Aquitania & Septemmannia positis, ab eodem Rege Rhemenis Ecclesie dono datis, de que vase argenteo decem librarum ipsi Remigio elargito, ex quo charitulum & imaginatum calicem fieri debere iussit. Sed æquua sunt hæc respectu eorum, que alijs totius Gallie donauit Ecclesijs. At de his hactenus.

His autem de rebus Franchorum gestis hoc anno narratis, cum illis Verbani rursus Romam reuocant orationem. Etenim licet conuatu n schisma, per sanctam Synodum hoc anno (vt vidimus) Kalendis Martij celebratam, videri potuisset esse sedatum, acerbiori denuo corata recruduit: non quod amplius de illegitima electione fuerit negotium Symmacho ab aduersarijs factum: sed quod calumniosè agentes, in eundem maxima queque crimina intulerunt, cum & Theodorici Regis Rauenna agentis auxilium in eundem Symmachum implorarent. Res autè gesta ab Anastasio Bibliothecario ita narratur: *Post annos verò quatuor aliqui ex clero zelo dult, & alij eo*

COLLATA A CLODOUEO S. GENOUEFÆ.

XXXI.

Briffon. Formid. lib. 2.

XXXII.

REMIQIYS CYR ABRAHEINVI A BONIS CLODOUEO VBI.

XXXIII. CLODOUEO VBI AB LATA ECCLIESI RESTITVI VOLVIT.

Septemmannia.

XXXIV. IEREMY REGRY DECCIT SCHIA MA.

Anast. in Symmacho.

SCHACH.

* infim
lauerunt
SCHI
MATICI
VISITA
TOREM
PETVNT.

Senatu, maxime Vestiu & Probinu meruerunt * Symmachum, & subornarunt falsos testes, quos miserunt Rauennam ad Regem Theodoricum accusantes. Viam Symmachum; & occulte reuocauerunt Laurentium post libellum Rome factum, & fecerunt schisma, & diuisio est iterum clerus: nam aliqui communicauerunt Symmacho, alij Laurentio. Tunc Vestiu & Probinu Senatores miserunt relationem Regi, & ceperunt agere, vt Visitatorem daret Rex sedi Apostolica. Tunc Rex dedit Petrum Alina ciuitatis Episcopum, quod canones prohibent. hanc auctor, in eo tantum mēdax, dum quarto anno ab electione Symmachi ea facta esse testatur: ad quartum enim annum referenda est Symmachi facta in Synodo plenior purgatio, de qua suo loco dicturi sumus.

KXXV.

Verum hoc anno ista contigisse, cum adhuc Theodoricus Rauennae se contineret, quo libellus accusationum ad eundem Regem missus habetur, Cassiodorus certissimam fidem facit, dum anno sequenti eiusdem Theodoricus Regis Romam aduentum recenset. Quae autem haec secuta sint, dicemus anno sequenti. Porro acerbiorem hunc iterum excitatum schismaticorum motum fuisse, ea, quae in Palmari Synodo scripta leguntur, eadem faciunt, nempe spoliatum Symmachum Papam Ecclesiae honis. haec namque in apologetico deplorat Ennodius verbis istis: *Quae enim iudiciorum forma praeserat, vt vobis hostiliter disrupta etiam per suggestionem vestram, sublatu Ecclesiae opibus, qui diu fuerat eius esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alibi est distributor egebat, & feret in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus: haec ipse. Sed de his suo loco inferius.*

XXX. VI.

Hoc eodem anno, post Consularum Paulini videlicet, exhibet nobis codex Arelatenus duas Symmachi Papae epistolae datas mensibus Septembri atq; Octobri, ambasq; scriptas ad Eonium Episcopum Arelatensem, siue potius Caesarium; quarum prior sic se habet:

* Caesario

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

Dilectionis tuae litterae, mandataq; filio nostro Crescentio presbytero in nuncio deferente suscepimus, quibus constat Arelatensem & Viennensem Ecclesiam aliquod de ordinandu Episcopis in vicinis ciuitatibus oriri luctamen: illa re videlicet faciente, quod decessor noster sanctae recordationis Anastasius tractans confusionem prouincia, aliqua contra veterem consuetudinem in seueris uari, decessorum suorum videlicet ordinationem (quod non oportebat) sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad Trinitatis in se, cuius vna est atq; indiuisa potestas, vnum sit per diuersos Antistites sacerdotum: quem admodum priorum statuta a sequentibus conuenit violari? Hinc accedit, quod haec sit sententiarum varietas: ad ipsam sacrosanctam Catholicam religionem credimus pertinere: cuius omnia potestas infringitur, nisi vniuersa, qua ad inuicem sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sint. Quod quia contingere poterit, si successu decessorum actibus non tribuerit firmitatem, & roborandis quae gesta sunt, faciat rata esse, quae gesserit. Quia enim Vicarij beatis Petri Apostoli inuocabitur esse reuerentia, si qua in sacerdotibus praecipiat, eisdem transuentibus dissoluantur? Relegentes ergo veteris Antiquitatis super hac causa ordinationes, quibus Ecclesiae vniuersae seruium: dilectionem tuam ex maxime commoneamus, vt in ordinandis per singulas vrbes sacerdotibus canonicis reuerentia, ceteris antiquis, nec nouella constitutio vetusta sanctitatis robur immutet. quia non aliter inter vos poterit seruari concordia, nisi noui cupiditatibus antiquitatis reuerentia modis prudentiori adhibeatur consilio. Dominus te incolumem custodiat & frater charissime. Dat. III. Kalend. Octob. I. Term. P. C. Paulini Iunioris V. C. postiora autem haec est:

* Caesario

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

Mouit eundem nos, quod dilectionis tuae reuerentia declarauit: namque contra regulam Ecclesiae constituta, & aduersum reuerentiam canonum tractatum per subreptionem Viennensis Ecclesiae Pontificis, sedi Apostolica dudum presidente praedecessore nostro, se inculpabiliter aliqua memisses, cum si sit vera conquisitio, effectum non possint impetrata frivole possidere, nec a nobis aliquid noui poterit ordinari, nisi quae a Patribus praedecessoribus, nostrum in hac causa statuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis absentia

XXXVII. acinpe

praudicabiliter videretur aliqua decreuisse ad magis duximus ordinandum, vt fraternitas tua competenti tempore de Ecclesiastico ordine infractum non moretur, & omni causa dirigere, qui apud nos veritatem causa competenter alleget; quatenus pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub deliberatione ratione sentiat. Illud etiam dilectionem tuam facere debere praecipimus, vt fratrem & Episcopum nostrum Viennensivm Antistitem iusto nuncio & scriptura commoneat, vt constituto diebus in quos, hominem proprium dirigat, qui partem eius allegationes competenter inferat: vt de promotis ab vtraque parte suggestionibus securus qua in perpetuo statuenda sint, disponatur. Quia semper suspectus iudicatur, qui sub vniuerso quod videtur eligit deploratione sancire. Dominus te incolumem custodiat frater charissime. Data sub die III. Kal. Nouemb. P. C. Paulini V. C.

IESV CHRISTI Annus 500.

SYMMACHI PAP. ANNUS 2. ANASTASII IMP. 10. THEODORICI REG. 8.

QUINGENTESIMVS voluit Christi Redemptoris annus, Patricio & Hippatio notatus Consulibus. Sub quibus (inquit Cassiodorus) Rex Theodoricus Romam cunctis voto exoptis aduenit, & Senatum suum mira assiditate tractans, Romanae plebi donauit annonae, atq; miranda munera, deputata per annos singulo pecuniae quantitate, subuenit. Sub cuius felici imperio plurae renouantur vrbes, mirantissima castris conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisq; eum operibus antiquae miracula superantur. haec Cassiodorus, dicemus autem de aedificijs a Theodorico erectis opportunius in eiusdem Regis obitu: sed modò de eius in Vrhem aduentus occasione, turbationeq; Romanae Ecclesiae nobis agendum erit.

Meminisse debemus, cum superiori, cum adhuc Theodoricus Rauennae esset, schismaticis rursus aduersus Symmachum insurgentibus, petentibusque Visitatorem in Vrhem mitti, qui accusationes in Symmachum allatas cognosceret, missum illuc ab eodem Rege fuisse Petrum Episcopum Alinensem: quem tantum ab fuit vt Ecclesia Romana susciperet, vt Regem in eundem interpellaret, & postea congregato centum & quidem Episcoporum Concilio, idem Petrus, qui iudicium sibi Romae Pontificis arrogauerat, fuerit condemnatus, simulque Laurentius, qui iterum a schismaticis fuerat reuocatus, eandem sententiam damnationis exceperit. Haec quidem hoc anno caepa, duobus sequentibus ita tractata esse, Anastasius patris his narrat: Eodem tempore beatus Symmachus congregauit Episcopos centum quidem, & facta Synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Alinas inuasor sedi Apostolicae, & Laurentius Nucerinus, qui vniuerso Symmacho Episcopo peruerserunt sedem eius. Tunc ab omnibus Episcopis & presbyteris & diaconibus & omni clero & plebe reintegratus sedi Apostolica beatus Symmachus cum gloria apud beatum Petrum sedere Praesul. haec ipse, in vniuerso consensu duarum Synodorum res gestas, quarum altera in basilica Iulij, altera in basilica Sessoriana habitae est, prout quattuor sub eodem Symmacho Synodi Acta declarant.

At nobis si regula ordine temporis, quo gesta sunt, recensendae erunt. Ex Ennodij diaconi apologetico tunc temporis edito sumenda est ipsa historiae veritas & rerum gestarum ordo. Schismatici igitur a Catholica communione diuulsi, aduersus Catholicam Ecclesiam consuetudinem, contra Romanum Pontificem a Theodorico Ariano Rege Visitatorem petiere, eo falso praetextu, quod factis suo teneri deberet Romanus Pontifex obligatus, vt qui Visitatoris ad cognoscenda Episcoporum delicta mitteret, ipse aequè Visitatorem & cognitorem suorum criminum subire deberet. Porro Theodoricus Rex ad conciliandam Romanam Ecclesiam id fore necessarium ratus, Visitatorem misit, ita tamen, vt aliqua ex parte consultu esset Pontificiae dignitati: quamobrem in mandatis dedit Petro

Epi-

I. ADVENTVS TRINIDATIS REGIS IN VRBEM.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII. ROMA NVS PON TIFVS NVL TVN AV TIA SE PVIDEM HABET. quam